S. De tua calamitate domestica ſcripſit ad me D.
Shrotorus. Ex animo tibi συμπάσχω atque vt
te Deus consoletur precor. Medicinam nullam
attribuo, Nam vulnera quae coire volumus
non eſſe agitanda, cogito. Deſcribas ne
typis tuis Medica quaedam ſpeciminum ad me
ſuperiori proximo mercatu miſiſti, ſcire
cupio, & quando inſignes iſtos labores in [illegible]
[illegible]. nobiſcum communicaturus ſis. Mihi in
animo eſt, ſi ulla quies concedetur, relictis
alijs ſtudijs et tempus vitae quod reliquum
eſt, in pietatis me conſumere velle. Satis
diu tractavi Medica & Phyſica. Tempus eſt
vt ἐφόδιον ad aeterna colligam. Notus
ille vobis, ignotus ſibi, qui iterum [illegible]lligio-
nem abiuravit Simonius, huc ſe ingerit. Tibi
satis ſcalas, Hunc Cerebolum non feram.
De libris novis neq(ue) alijs nunc non ſcribo.
Nam te in mercatum non venturum arbitror.
Iſtas quaeſo D. Shrodero reddendas cures
et ſi quid reſcribere voles, vt Joach. Came-
rarius Norimbergae accipiat curabis. ~~Nam~~
Rebus n. in eo ſum vt ex hoc Caucaſo
evadam, & ſpes eſt dimiſſionis factae.
Bene vale Pragae pridie Kl. Septemb.
1581

Iulius Crato

Clarissimo & doctissimo
viro & Typographo D.
Henrico Stephano, amico
s. obser.

Crato.